**T**ertio manifestat oipotētē effectus in  
 v̄riusq̄z vnione. iō subiūgit. oipotētis dei.  
**Q**uartum ad p̄mū sciēdū q̄ vita ex pte  
 corp⁹ assimilatur vaporē triplici rōe. Et p̄mo  
 ratione durationis; quia vapores parū du-  
 rant in aere; cito resoluunt. sicut apparet  
 p̄cipue in vaporib⁹ nebule. Itē hoies parū  
 viuūt i mūdo; et cito moriunt. Ezechie. viij.

## **S**ermonū funebrū

Vapor nebule de thure confurgebat. Per  
thrus quod deo offert: intelligit cor hominis  
quod deo dari debet. Prover. xxij. Prebe  
mihi cor tuū. de hoc confurgit vapor nebu-  
le. i. pfectus vite. Prover. iij. **Q**uoniam custo-  
dia ferua cor tuum: quoniam ex ipso vita pcedit.  
**S**ed tamē vapor nebule facit & cito resol-  
uitur. quia scz vita hoīs facit & finit. **U**nde  
**S**apie. ij. Tranſiet vita noſtra tanq̄ vesti-  
gium nubis: & ſicut nebula diſſoluetur: que  
fugata ē a radijs ſolis. **E**t iſti diuerſi radij  
ſolis ſunt diuerſe occaſiones mori. **S**ecundo  
aſſimilat vita humana vaporū rōne eleua-  
tionis. **S**icut enī. phatur in lib. 20 de crepus-  
culis. **V**apores nō aſcendūt in aere vl. ra-  
tria militaria. vel ſaltes diſtinguunt tres re-  
giones aeris in quibus eleuant vapor: es.  
**Q**uarū vna eſt calidiſſima. ſ. ſup̄ma ppter  
ignis vicinitatē: alia frigidiffima. ſ. media.  
tertia temperata ſz inſima. **V**ales aut̄ ſūt  
tres etates quibus humana vita deduct̄.  
**Q**uarū p̄ma eſt augmentatiua q̄ ſz durat v-  
t̄ ad. xxi. annū ſm augmentū longitudo.  
ſimp̄l̄r aut̄ vſq̄ ad. xxv. et hec ſm quodda-  
eſt calidiſſima. **S**ecunda etas eſt ſtatiua. et h-  
ē a. xxi. vl. xxv. āno vſq̄ ad. xxxv. vl. xl. ānū  
ſi ſit homo bone complexionis. **E**t hec ſm  
aliquos eſt magis temperata etas q̄ p̄ma q̄c  
quid aliqui in contrariū dicant. **T**ertia eſt  
etas defectiua ſz ſenectus: abinde vſq̄ in  
finem. & hec etas eſt frigida. **S**ed ſicut qui-  
dam vapores reſoluūt in p̄ncipio ſue ele-  
uationis. ſicut in p̄ncipio aeris. ſ. in tempa-  
to. ſicut patet in nebulis. q̄ ſz in media ſi-  
cut pz̄ i nubib⁹ & alijs vaporibus humidis  
quādoq̄ nō in ſup̄mo: ſicut pz̄ in vaporib⁹  
ſiccis. Ita etiaſ de hoīb⁹ accidit. q̄ q̄dam  
moriunt̄ in adoleſcentia. quidam in virili  
etate. q̄dā nō in ſenectute. vnde mors etati  
nō parat̄. **E**t ido ambroſius dicit. q̄ mors  
in ſenibus eſt in ianuis: iuuenibus i ſolijs.  
**U**nde dicit tres etates velut tres beſtieya-  
porē igneum ſpirātes ſunt id eſt conſum-  
p̄bilitatem vite. **S**apie. xi. **I**gnoras be-  
ſtias vaporē ignei ſpirātes. **T**ertio aſſi-  
milatur vaporū rōne diſtinctionis. **D**iſt̄ in-  
guitur enī triplex vapor: ſz ſiccus & terreus  
humidus & aquo⁹: & tertio ex vtroq̄ mixt⁹.  
**S**olum enī terra & aqua ſunt vaporū abilia  
elementa. In his igit̄ tribus vaporib⁹ tres  
modos accipere poſſumus hominū male vi-  
uentium. **Q**uoz ſcilz quidam ſunt terreū p  
auariciam: quidā aq̄ui p luxuriā. & quidā

ex vtroq̄ pmixti per ſuperbiā. **N**am multi  
ſup̄bi ſunt qui idcirco ſtatus & dignitates  
querūt vt terram poſſideāt: & etiā volupta-  
tibus aſſuunt. **E**t bine eſt q̄ in ſacra ſcrip-  
tura tria genera vaporū cōmemorantur. ſ.  
vapor ignis qui ſignificat carnis luxurias.  
**E**ccli. xxxviii. **V**apor ignis vter carnes ei⁹  
ſz per accenſionem libidinis. **I**tem vapor  
ſumi qui deſignat ſuperbiā: q̄ vapor ſumi  
ab igne cito aſcendit & cito deficit. **S**ic ſup̄-  
bus ab igne ambitionis aſcendit in altum  
dignitatis. ſed tamen cito deficit p̄ morteſ  
vel p̄ deiectione. **I**ohelis. ij. **D**abo id ē dari  
pmittam ignem ſz ambitionis. & vaporē  
ſumi. ſ. aſcenſum ſup̄bie cito deficientem.  
**U**nde ps. xxxvi. **I**nimici vero dñi mor vt  
honorificati fuerint & exaltati: deficientes  
quēadmodū fumus deficient. **I**tem vapor  
nebule qui parū a terra eleuatur & terre cō-  
tinuatur: auaritiā ſignificat & cupiditatem  
terrenoz: que multū mentem hoīs occupat  
et retrahit a diuinis. **I**n cuius figura **L**e-  
nitici. xvi. **N**ebula vapor eoz optebat ora-  
culum. **Q**uaculū eſt mēs humana: que ofo-  
nib⁹ & diuinis cōreplatoib⁹ dymācipari ali-  
quando intantuz operit & offuſcat ab auar-  
ritia & cupiditate terrenoz: vt a diuinis et  
ſp̄ialibus totaliter retrahat. **Q**uarto vi-  
ta humana aſſimilat vaporū rōne reſolutio-  
nis. **D**iuerſi enī vapores diuerſe ſimode reſ-  
ſoluunt. **E**t ſimilr diuerſi hoies diuerſimo-  
de moriuntur. vel etiā ſp̄ialiter a vitijs di-  
uerſis abſorbentur. **N**am quidaz vapores  
ſunt qui reſoluūt et cōuertunt in ignem. ſi-  
cut illi qui aſcendunt ad ſup̄emā aeris re-  
gionē: que d̄ regio eſtus: & ibi incendunt̄  
et ab igne cōſumuntur. **V**ales ſunt multuz  
ad ſtatum dignitatis eleuati: qui vel incen-  
duntur igne iracundie & ſeuicie: ſicut nero  
qui fuit crudeliſſimus & iracundus. **U**l igne  
auaritie ſicut de anthiogo. **S**eneca dicit  
q̄ fuit rex auariſſimus. **U**l igne concupi-  
ſcentie & luxurie ſicut de ſardanapallo nar-  
rat **H**erodotus q̄ fuit rex aſſyrioz luxurioſiſſi-  
mus. **Q**uidam nō vapores ſunt qui reſolu-  
untur in aerem ſue ventum. **E**t iſte ven-  
tus quādoq̄ eleuatur in altum. & generat  
in aere vel in mari tempeſtatem. **E**t talis  
eſt vita quorūdam in quietoz qui ſemp̄ in  
iurgijs & litigijs & ſeditionibus delectant̄  
et pacem vident̄ odio habere. **S**icut d̄: q̄  
alexander cuidam querenti quare mūdum  
ita iuſtoret: et in pace ſtare non poſſet.

Respondit. quonia pax esset sibi guerra si  
 adesset. Quia doq; vero vetus p foramina  
 r cauernas terre ingressus; facit terremot'  
 qui facit terra tremere. Et sic quorundaz vi  
 ta aliquado ita tyrannica est r terribilis. q  
 faciunt alios tremere r se firmere. Et in hoc  
 quasi ponunt beatitudinē suā vt potētes re  
 putent r terrore habeant. sicut dicit Gene.  
 de alexandro in lib. de beneficijs. q summū  
 bonū dncebat terrore esse. ignorās q ignas  
 uia quocq; aialia terrore habentur ob virus  
 malū. sicut scorpiones r serpentes r huius  
 modi. Alij autē sunt vapores qui in altū ele  
 uati efficiunt nubes. Et talib' assimilatur  
 vita iustoz. qui a terrenis sunt p affectū ele  
 uati r separati. Et ideo ad velocit eundem  
 ad deum apti sunt r expediti. Unde Esa. lx.  
 Qui sunt isti q vt nubes volāt? r. Et ideo  
 sicut ex nubib' sunt pluuie r fulgura. sine sa  
 gitte r tonitrua: ita ex talib' sunt doctrine  
 correptiones asperere. r quādoq; manifesta  
 miracula. Tales enī nubes habēt int' ignes  
 um vaporē. i. feruorē spūs ex quo pueniūt  
 talia. Sed aduertendū q quidā vapores  
 nubū sunt: qui qñ eleuati trahūt quādoq;  
 scāi paleas pilos ligna vel lapides. Prop't  
 qd postea qñ talia pluuie: nō est qz hec fue  
 rint in nubib' generata: s; cū eis eleuata. Et  
 similit' sunt quidā cupidī q volunt oia rape  
 re: scāi trahere. S; sicut nubib' resolutis  
 oia talia cadunt: ita qñ huiusmodi hoies p  
 mortē resoluunt: necesse ē hec oia decidere  
 r hic remanere. S; iterū notandū q vita  
 sancti viri assimilatur vaporī odorifero qñis ē  
 vapor incensī. qz deo reddit odorē deuotio  
 nis: r hoib' dat odorē bone opinionis. Cū  
 Eccl. xxiiij. Quasi liban' nō incensus vapor  
 rati habitacionē meā. Liban' grece vocat  
 arbor thuris: que aliqñ p vim nō incensa: sed  
 sponte ex seipā incensum sine thus emittit.  
 Et tale thus colligit in vere: r tale thus h  
 vaporē magis odoriferū. Et ideo liban' nō  
 incensus significat aiaz sancti viri r deuoti q  
 nō coacti: s; sponte vult bene viuere r vir  
 tuose operari. Ergo aiam. i. habitacionē  
 corporis sui vaporat. i. viuitificat vaporē odo  
 rifero. i. vita laudabili a deo r homib'.  
**S**ecundo ostendit in aucte inducta q hu  
 mana vita ē ex virtute dei. vnde dicit esse va  
 por virtutis dei. Nā ipā vita corporis ē ab  
 aiaz: que sola virtute dei creatur. Anima enī  
 rationalis nō est forma ex materia virtute  
 generāns educta: s; pot' virtute diuina crea

ta r infusa. Cū etiā pbs dicit q intellectus  
 fit in hoie iussu dei. i. aia intellectiua in cor  
 pore. Et ideo Eccl. xvij. dixit de'. Omnes  
 aie mee sunt. i. iure creatōis. Et subdit. Et  
 aia patris ita r aia filij. Ad ostēdēdū videlz  
 q filij nō hz aiaz rōnale a patre generatē: s;  
 a deo create. Et sicut aia rōnalis a solo deo  
 creat in vita naturali: ita r a solo deo saluat  
 in vita spūali: q inchoat p fidē. id. i. Cor. i.  
 dī' bis q salui sūt. i. nobis virt' dei ē. **T**er  
 tio ostēdit in aucte inducta q in hūana vi  
 ta apparet opus oipotētē dei. id. dī' esse va  
 por oipotētis dei. Nam vita hūana resultat  
 ex vnione aie r corpis. in qua videlz vnio  
 ne manifestat oipotētia dei. i. q sup oēm  
 naturā de' possit. Nāz corpō q naturas tā  
 distantes cōiunxit. s. aie nobilis r rōnalis r  
 corporis vilissimi r corruptibilis: ostēdit de'  
 esse oipotētis. i. sup oēm naturā potētias  
 habēs. tam. s. spūalē: cuiusmodi est natura  
 aie rōnalis: q etiā corporalē sicut ē natura  
 humani corporis. Cū sicut dī' Job. xxxij. In  
 spiratio oipotētis dat intelligentiā: q corpo  
 rī vniū vt forma. Cū ipē de' oipotētis ē. de q  
 dicit' Gen. ij. Formauit igit' dñs de' hoies  
 de limo terrē r inspirauit in faciē ei' spira  
 culū vitē: r fact' est hō in aiam viuētē. qz  
 vitūq; habet ab oipotēte deo. s. aiaz r corp'  
 Sicut. ij. Machab. vij. mater illoz septem  
 fratrū pie cōfessa ē dicēs. Filij mēscio qualis  
 ter in vtero meo apparuistis. neq; em ego  
 spūi donauī vobis r vitā. r singuloz mēbra  
 nō ego ipā cōpegi: sed ē mūdi creator: q for  
 mauit hois naturatē. Patz ergo q de vtro  
 qz debz oipotētē deo seruire. vt ei ex tora  
 aia diligat: r corp' hostiā deo viuētē exhibeat.  
 Sed heu multi cōtrario r aiaz p mas  
 licia: r corp' p luxuria poti' exhibēt diabo  
 lo q velint dare ei q potest r corp' r aiam  
 perdere in gehennam. **¶**

**T**ertio in auctoritate  
 principali ostendit beat' Jacob' humane  
 vite brenitatē. quia est ad modicū parens.  
 Ubi aduertendū c. r q est quedā vita in ho  
 mine q non ē apparens: r ista ē vita aie p  
 cipue post corporis mortē. Unde apostolus  
 Col. ij. Mortui enī estis r vita vestra abs  
 condita ē. Et rō est qz sicut dicit' i. Reguz  
 xvi. Domines vident q foris parent. i. que  
 apparent exteriorib' sensib'. qz ois nostra  
 cognitio oritur a sensu: sed anima precipue  
 separata non subijcit sensib' exteriorib'. r

## Sermonū funebrū

ideo non est apprensus. Unde sicut dicit in  
p̄ma canonica Job. ca. iij. Nondū apparuit  
quid erim? s̄ post separationē aie a corpo  
re. Sed alia ē vita s̄z corporis: et ista est pa  
rens. i. apprensus exteriō: ib̄ sensib̄. Et dif  
ferunt iste due vite. q̄ prima est perpetua.  
S̄m illud Sap. v. Iusti autē in perpetuū vi  
uent. Sed alia s̄z corporalis durat ad mo  
dicū temp̄: ita vt post̄ debeat dici appa  
rens q̄ existens. Nam hō breui vīcēs tem  
pore: ad modicū temp̄ videt: et postea mor  
ritur. et vita ei ampli non apparet. Unde  
Job. xiiij. Adhuc modicū et mūdus me tam  
nō videt. Hypocrite etiā qui viuunt solum  
ad apparitiā: qui extermīnant facies su  
as vt hoib̄ appareant ieiunātes: et oīa ope  
ra sua faciunt vt videant ab hoib̄: et qui si  
miles sunt sepulchris dealbatis: que foris  
apparent hoib̄ speciosa: et intus sunt plena  
cadaverib̄ mortuor. Mat̄. xxij. Tales  
in q̄ p̄tūcūq̄ eleuent in mūdo in honori  
bus vel dignitatib̄: modico tamē tempore  
durant. S̄m illud Job. xiiij. Eleuati sunt ad  
modicū et nō subsistent. Sed norandum q̄  
quīs vita hūana ad modicū temp̄ appare  
at: tamen dei iuuante gratia in isto modico  
tempore potest homo sic laborare q̄ habes  
bit eternā quietē. Formica enī modico tem  
pore in estate congregat tantū q̄ hyeme in  
de pascit et viuūt. Et sic debet homo facere  
in isto modico tempore quo viuūt: ita vt possit  
facilit̄ dicere illud Eccl. li. Modicū labora  
ui et inueni mihi multā requiem. s̄ in vitam  
eternā. Ad quā nos p̄ducit piissim⁹ iesus x̄c

**D**e labilitate eorū que pertinent ad hu  
manam vitam. **Sermon VII**

**T**ransierūt omnia  
illa tanq̄ ymbra: et tanq̄ nunci⁹  
p̄currēns: et tanq̄ nauis que  
pertransit fluctuante aquā: cui⁹ cū p̄terierit  
rit: nō est vestigiū inuenire. Sap. v. Sene  
ca in q̄dā epla dicit q̄ nihil ē qd̄ in trāstu  
profit. Et ponit de hoc tria exēpla. Primus  
in cibis. quia nō prodest cibus. nec accedit  
compositi: qui statim sumpt̄ emittitur. Secū  
dum exemplū ponit in plantis. quia nō con  
ualefcit planta que sepe et cito transfertur.  
Tertius exēplū in libris. quia ille s̄ holaris  
qui nunc istus libzū: nunc illum legere vult  
et in nullo ingeniu figit: parū vel nihil cum  
difficultate addiscit. Sic bona presentia et  
temporalia: quia transitoria bona sunt. vt

delitie diuitie et honores et similia: ad eter  
nam beatitudinē consequendā hominō p̄  
sunt immo frequent̄ impediunt. Unde dñs  
de diuitijs dicit Mat̄. xij. q̄ facili⁹ est ca  
melū per foramē acus transire q̄ diuitē in  
trare in regnū celoz. De delitijs vero dicit.  
Luc. vi. Ne vobis diuitijs qui habetis cō  
solationē vestram. De hono: ib̄ vero dicit.  
Luc. xvij. Qui se exaltat humiliabit. Et  
ideo volens nos sapiens ad cor contēptus  
inducere dixit et ostendit in verbis p̄positis  
quomodo transitoria sunt et pene nulla: di  
cens. Transierunt oīa illa s̄z temporalia bo  
na tanq̄ ymbra x̄c. **¶** In quib̄ quidem  
verbis ostendit̄ triplex humane vite defe  
ctus s̄m tres circūstantias quas hoies cō  
munit̄ appetūt circa vitā suā. Appetunt  
quidem communit̄ homines habere.

**Vitam quietam.**

**Vitam letam.**

**Et vitā plenā. i. abundāte bonis.**

Sed ostendit̄ in verbis p̄positis q̄ econ  
trario contingit.

**¶** Primo quidē habent hoies de bonis tem  
poralib̄ nullam quietē: idē dicit. Transie  
runt omnia illa tanq̄ ymbra.

**¶** Secundo leticiam modicā. quia tanq̄  
nunci⁹ p̄currēns.

**¶** Tertio abundantiam noctuam siue peris  
culosam. quia tanq̄ nauis x̄c.

**¶** Primo dico q̄ appetūt

hoies habere vitam quietā. p̄pter hoc enī  
conant̄ hoies adimplere appetit⁹ suos. q̄  
appetit⁹ q̄d̄ nō implet̄ impellit et inque  
tat animū. Et idē satiatio et impleto appetit⁹  
intercedunt hoies in aīo habere quietē. S̄z  
ista bona presentia nō possunt satiare neq̄  
quietare appetitū q̄tūcūq̄ habeant: p̄p̄  
duas rōnes que tangunt̄ in verbis p̄positis.  
Primo quidē q̄ sunt trāstoria: ideo dicit.  
Trāstierunt oīa illa. Secūdo q̄ sunt vana. q̄  
tanq̄ ymbra: que cū sit res vana nō pōt sa  
tiare. Manifestū est enī q̄ cib⁹ q̄ nō mane  
ret in stomacho vel corpe s̄ statim emitte  
retur: nō satiare appetitū famis. Et sic ista  
bona cū nō maneant s̄ trāst̄: at oīa: nō sa  
tiant appetitū cordis. q̄ appetit hō illa nō  
solū attingere s̄ tenere et possidere. Itē cum  
mor⁹ opponat̄ quieti: in re mota et trāscūte  
nō pōt esse quies. S̄z posses dicere. verum  
est q̄ ipsa res q̄ mouet et trāst̄: nō pōt quie  
scere dñi trāst̄: vel mouet: s̄ bene pōt aliq̄s



in ea quiescere, sicut patet de homine dormiente in nave semper eunte, et de puero dormiente in amabilibus exagitantis. Sic etiam quod ista bona sunt transitoria, in portu nihilominus habere hoc quiete in illis. Sed dicendum quod illud quod est in re mota per seipsam movetur: si per se movetur non quiescat, sicut si homo ambularet per navem: tunc enim non quiesceret, non tantum propter motum navis, sed etiam propter proprium motum. Sic etiam est in proposito, quod scilicet vita hominis in istis temporibus quiescit non potest, non solum quod ista transitoria sunt, et sicut umbra, sed etiam quod vita transitoria est, et velut umbra. Et hoc ratione temporis cui subiacet, sicut et cetera naturalia, quod scilicet ipsum tempus est humane transitorium, est velut umbra. Et hoc est quod dicitur Sapientia 1. Umbra transiens est tempus nostrum. In quibus quidem verbis ostenditur quod vita nostra propter tempus cui subiacet habet tres defectus.

**P**rimo defectum vanitatis ratione umbræ, quia umbra est.

**S**ecundo defectum instabilitatis ratione transitus, quia transiens est.

**T**ertio defectum brevitatis, propter tempus, quia brevis est scilicet tempus nostrum.

**H**abet ergo primo humana vita vanitatem ad modum umbræ, quod umbra habet apparentiam et non existentiam. Umbra enim transiens dum movetur et transire videtur quasi esse quodammodo res viva: et tamen in rei veritate est res mortua: imo nihil est nisi defectus luminis ex obstaculo corporis. Sic vita humana licet dicatur vita, tamen potius est mors quam vita, quod plus est illud quod deest de vita, puta perire, vel futurum: quam illud quod adest scilicet presens momentum. Et dicit ecclesia, Mediam vitam in morte sumus, quod cum mors sit periculis vite, illud presens quod habemus de vita, est medium inter duas privationes vite, scilicet perire et nondum habere, scilicet future, id est per se, et huius. Homo vanitati similis factus est dies eius, sicut umbra perirent, hoc etiam assignari alia quadam plexione quod scilicet vita humana umbræ assimilatur. Prima quidem est, quod umbra facit homines timidum. Nam videmus quod homines qui sunt in obscuritate natura liter timet. Et ita corrigunt de vita homines dum est in mundo isto, quod quodammodo sunt desperati, et periculis timet in morte et sententia diuinam. Et id est de Proverbia 1. Pavor his qui operant malum. Item si homo sit iustus et sanctus dum vivit semper timet ne perdat gratiam quam habebat, et ideo dicebat propter per se, lxxij. Amor et tremor venere sunt super me et conturbaverunt me tenebre. Quia tamen mors talis assimilatur umbræ vocatis, quod de no-

cte timet homo de modica umbræ que appareret. Et sic sancti viri de modica culpa timent ne perdant gratiam. Isa. xvi. Ponere quasi noctem umbræ. Secunda ratio est, quod umbra facit hominem frigidum. Unde videmus quod de nocte homo sentit maius frigus quam de die, quod in die lucet sol qui est causa caloris. Item in ardore estatis ponit se homo sub umbræ ut res frigescat. Isa. iij. Erunt in umbraculum dies ab estu, viri de umbræ infrigidat. Et ita contingit spiritualiter de homine in vita ista presentem, quod habet parum de calore amoris divini. Et hoc est quod ponit nimis amoris sui in mundo isto. Et qui diligit mundum non est charitas patris in ipso, sicut dicitur, i. Job. ij. et ideo est totus frigidus. Unius figura habet et Ione iij, quia ionas quodammodo fuit sub umbræ hedere non sentiebat estum. Et sic homo infrigidatus amore huius vite non sentit estum, scilicet feruorem charitatis divine. Tertia ratio quare vita presens assimilatur umbræ est, quia facit homines somnolentum, quod in umbræ facile homines dormiunt. Job. iij. Sub umbræ dormiunt. Sic homines in vita ista sunt somnolenti, negligentes et pigri et tardi ad spiritualia opera. De hoc habet figura i. helya. iij. Regum. xix. Qui obdormiunt in umbræ a iuniperi. Et apparuit ei angelus domini dicens. Surge comede. Grandis enim restat tibi via, et surrexit, comedit et bibit et ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad montem dei oreb. Helyas ergo qui dormit sub umbræ iuniperi significat hominem negligentem pigrum et remissum: qui dormit quiescit et delectatur in umbræ rerum temporalium: que non refrigerant ab ardore avaricie seu a severitate divine iusticie, sed mentem pungunt et lacerrant eam. Arbor enim illa umbram quasi nullam habet, et sic refrigerium non prestat sed est pungitiva. Sed tali homini sic dormienti, sic pigro, sic negligenti, tunc apparere angelus et excitat et sollicitat eum ut ambulet: quando inspirat et dat ei bonum propositum ut recedat a malis: et incipiat facere bonum et prosequatur, et sic tandem pervenit ad montem dei oreb, id est ad altitudinem paradisi et celestis regni. Quarta ratio quare vita presens assimilatur umbræ est: quia umbra facit hominem ignarum. Sicut videmus quod in umbræ noctis non videt homo nec discernit colores nec personas agnoscit. Ita etiam spiritualiter homo vivens in mundo isto, quod de deo vel de alijs rebus cognitionem non habet:

## ¶ Sermonū funebrū

saltem perfectā: sed nec de statu suo pprio, qz nescit hō vtrū amore an odio dign' sit, vt dicit *Eccl's. ix.* Nescit hō finē suū, vt ibidem dicit, q̄ dura est ⁊ terribilis cecitas hoīs ⁊ tenebrositas q̄ q̄niamqz hōmo sit bon' nescit tamē pp̄ hoc an debeat ire ad paradisum, Et e contra, q̄niamqz hōmo sit desperatus ⁊ malus, nescit tñ pp̄ter hoc an sit itur' ad infernū. Prop̄ hoc etiam peccato: habz obliuionē ⁊ ignorantiam sui p̄ius ⁊ nō confitē, ⁊ ita vadit ad infernū. Unde sapiens loco pallegato subim̄xit, Unde et corda filioz hoīm replent malicia ⁊ contēptu in vita sua, ⁊ post hec ad inferos deducunt. Et *Breg.* Vac animaduersione p̄citur peccato: vt moriens obliuiscat sui: qui dum viueret oblit' ē dei. Et hec ē tenebra ⁊ ymbra mortis, de q̄ dicit *Job. iij.* Obscurēt eū tenebre ⁊ ymbra mortis. ¶ **S**ecundus defect' humane vite qui tangit' in auctoritate inducta: est defect' instabilitatis rōne scz trāsīt', qz dī q̄ est ymbre trāsītus, Bran sit' em̄ tēporis vite nostre velox est ⁊ cōtinuus. Et qz temp' datū est nobis ad bene operandū, deo iste transt' tēporis mox nec nos ad cōtinuē ⁊ sollicitē beue operadū. Consiueuerunt em̄ tria genera hominū continue ⁊ sollicitē transire, videlicet.

**C**ursores quousqz veniant ad terminū. Hostes fugientes quousqz inueniant tutum locū, in quo possent recipi secure.

**P**oma in nauī portātes qz, s. festinat' trāsire atēqz poma icurrāt putrefact' oīs detrimētū

**E**st autē hōmo in mundo vt cursor in via vt ad patriā tendat celestē. Sicut ergo cursor ad terminū intentū tendēs morā in via nō facit: sic ⁊ nos facere debem'. Ille em̄ velociter currit qui feruent' deū diligit, qz dicit *Bernard'*. Qui amat vehemēt' currit velocius ⁊ puenit citi'. Sed ille in via moras facit qui inordinate in istis tēporalib' affectum ponit, ⁊ tunc nō vadit qz deū nō diligit, i. *Job. ij.* Qui diligit mundū nō est charitas patris in eo. *Ambro.* Sicut nullus sine via puenit ad qd tendit: ita sine charitate ⁊ que via dicta est ambulare nō possunt homines: sed errare. Cursor etiā cū magno desiderio expectat' ab his qui sperāt bona nostra recipere. Sic illi qui sunt in patria viderant bona noua audire de nobis qui sum' in mūdo. Et qñ aliquis pcurrit ⁊ puenit alios ad vitā eternā: qz cū magno desiderio expectabat': cū magno gaudio recipit. Nō

vt dicat nona de nobis, quia ipsi oīa sciunt quecumqz scire volunt. Quis enim Aug. dicat in lib. de cura p mortuis agenda. qz nesciūt mortui quid faciūt viui ⁊ eoz filij. Intellegendū est hoc de cognitione naturali aīarū separatarū. S; beati cognoscunt ea in versu bo: in quo cognoscunt oīa que prinēt ad p̄fectionē beatitudinis eoz. Et ideo necessarium ē q̄ oīa q̄ desiderant scire cognoscāt, s; recipiūt ad se veniētes cū gaudio, vt quiescāt ⁊ letent cū eis. Ergo festinem' ingredi in illā requiē. ¶ **S**ecundo qui fugit hostē p̄sequente q̄dū nō videt bonū presidū vel locū securū ⁊ tutū in quo recipiat vt sit defensus ⁊ tut' ab hoste: oīa alia loca fugit ⁊ habet ea suscipere nec sinit in eis. Nos autē habem' hostes crudelit' nos p̄sequentes, s; demones: qui nulli volunt parere: sed oēs quos eperint volunt eternalit' perdere: et nō videm' in mūdo aliqd bonū refugij in quo possim' esse securi. Quia in oīb' bonis tēporalib' diabol' conat' nos capere, s; in diuitijs p̄ auariciā: in delitijs p̄ luxuriā: in honorib' ⁊ potentijs p̄ supbiā. Et ideo nō debem' in eis fugere p̄des affectionū: s; potius fugere ad loca celi tutora, exēplo *Dauid*: qui licz esset in locis firmissimis in mōte ziph: qui mons opacus erat, vt haberetur i. *Reg. xliij.* tamen fugiēs Saul: ascendit de monte ziph: ⁊ habitauit in locis tutissimis engaddi, vt habet in eodem lib. cap. xliij.

**T**ertio illi qui portant poma in mari i nauī festinant transire: atēqz poma corum pantur vel putrefcāt. Naues sūt aīe nostre poma q̄ portant sunt bona pposita ⁊ bone voluntates: que cito deficiūt miā velocit' trāsēant ad cōplementū operis. Et istas tres similitudines p̄dictas ponit beatus *Job. ca. ix.* dicens. Dies mei velociores fuerūt cursorē fugerunt ⁊ nō viderunt bonū: p̄anserunt quasi naues poma portantes. Sed videre qz delatores pomoz raro et ipis comedūt. Sic de multis habentib' bona pposita ⁊ voluntates tē. Dicunt autē dies vite hoīs esse velociores cursorē, qz cursor aliquādo sinit ⁊ aliquādo quierē interponit: puta qñ quiescit vel dormit: vel quando sinit in alijs locis ad comedendū vel bibendū. Sed tempus vite nostre sine interpolatione alicui' more continue labitur. *Job. vij.* Dies mei velocius transierunt. ¶ **Q**uare tela succiditur. In succisione em̄ tela filium post filium succiditur. Et in decursu vite dies post die

elabitur. Et quandoq; tota vita succidit. et ideo veloci. Fugit autē dies precipue hominibus ociosis qui nihil operantur boni. Et ideo de diebus suis non vident aliquid boni: huiusmodi enim multo tempore vixerint ociosi: nulli tamen boni inde consequuntur. Unde talium vita assimilatur terre sterili: que nulli boni fructus gignit. ideo **Viere. xvij. di.** Erunt quasi myricæ in deserto: et non videbitur ei venerit boni: sed habitabit in siccitate in terra saliginis. **Naues autē poma portantes reddunt quod de et circumfundit odore exteri.** sed tamē intus leue pondus portat. et ideo a vento vel fluctibus iactantur facilius. Unde significat vitam hypocritarum: qui foris odore quidē sanctitatis emittunt: sed intus carent potestate virtutis et veritatis. Et ideo a vento supbie et fluctibus vanitatum varie iactantur. **Matth. xliij.** **Nauicula in medio maris iactabatur fluctibus.** **tertius defecit** est. quia humana vita in auctoritate inducta ostendit habere breuitatem propter tempus. quia scilicet tempus non strum. id est tempus vite nostre breue est. Et hoc fecit de misericorditer: ex compassione quadam boni. Quia quoniam aliqis est in multis miseris ut paupertatis infirmitatis et aliarum aduersitatum: magna gratia quod cito transeat. Unde **Zulli** dicit. quod omnia breuia tolerabilia esse debent etiam si magna sint. Sed vita hominis in mundo isto est subiecta multis miseris malorum ut manifestum est. Et ideo de gratia dei est quod breui tempore duret. sicut illud **Job. xliij.** **homo natus de muliere breui viuens tempore replet multis miseris.** Sap. ij. **Exiguus et cum tempore est tempus vite nostre.** **E**

**Secundo ostendit in auctoritate**

toritate principali quod homo in bonis vite presentis habet leticiam modicam. quia bona temporalia sunt tanquam nuncius percurrere. Appetit enim homines habere vitam letam. quia si homo viuere cum tristitia et melancholia: vita eius nec esset bona neque perfecta. Unde sicut dicit sapiens. **homo sine delectatione et leticia viuere non potest.** alioquin melior est mors quam vita amara. **Ubi videmus** quod homines tristes et melancholici desiderant multotiens mortem: et nonnulli pro tristitia occidunt seipos. Et propterea dicitur **Prover. xvij.** quod animus gaudens etate floridam facit: spiritus tristis eradicat ossa. Sed sapiens in auctore proposita assimilat leticiam mundi nuncio percurrenti. id est cursum velocius transiit. Et ratio est. quia quando homo expectat

bona noua de aliqua causa: expectat ea cum gaudio magno. Et quando iam cursum rediit et dicit sibi illa noua que expectabatur: tunc inde aliquid gaudium et delectamentum recipit. **Postea illud gaudium et delectamentum superuenientibus alijs negocijs cito transit.** Ita est de leticia mundi. Unde **Aug.** loquens de leticia mundi dicit quod non habita et expectata animi cruciat: habita non satiat: et perdit non delectat. Itē leticia mundi habet admixtionem pene et tristitiae: unde non minus cruciat quod delectat. Sicut appetens delectationem carnis antequam assequatur desiderio affligitur et labore habendi fatigatur. Et dato quod assequatur non satiat: si amplius desiderat. et quandoque ex zelo typia alteri habetis eam plurimum torquet. Et preter hec postquam delectatio transiit habet remorsum conscientie: et multotiens timorem verecundie si sciret. Et ideo dicit **Boetius.** **Qua mane felicitatis dulcedo: multis amaritudinibus resperata est.** **Ubi** figura habet. **ij.** **Regum. xvij.** quando scilicet occiso **absalone** et desbellato eteratu suo: **achimaas** percurreret ante **chusi** fuit nuncius percurrere. Unde **speculator** ait. **Contemplo** cursum prioris quasi cursum **achimaas** filij **sadoch.** et ait rex. **Aur bonum est et bonum nunciu portans venit.** Et postea **ueniens** ait. **Benedictus** dominus deus tuus: qui concludit homines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum **regem dauid.** Sed post leticiam de victoria **securus** est **chusi** qui annuntiata morte **absalonis** conuertit regem ad luctum et tristitiam magnam. Unde postea subdit **ibi.** quod **constristatus** rex ascendit cenaculum porte: et **fleuit** **Sic** vere accidit de leticia mundi. sicut dicitur **Prover. xliij.** **Risus dolore miscbitur: et extrema gaudij luctus occupat.** **F**

**tertio in auctoritate**

principali ostendit quod vita humana habet quandoque abundantiam noxiam et periculosam. Desiderat enim homines in hoc mundo habere abundantiam diuitiarum. et propterea faciunt usuras: furta et rapinas: et alia lucra illi cita. de quibus contingit sicut de navi in fluctibus et tempestate magna posita: que si sit nimis onerata: nisi alleuietur et ipso onere submergitur. Sic etiam homo oneratus multis diuitijs et lucris: nisi alleuietur per restitutionem et elemosynarum largitionem submergitur in infernum. Unde dicitur in auctoritate principali quod est tanquam nauis que pertransit fluctuante aqua: cuius cum per-

## Sermonū funebrū

transierit non est inuenire vestigium. **Ubi**  
**I**n vase scilicet nauis potes notare pauper-  
tatem, quia tanquam nauis.

**I**n itinere cōtrarietatem, quia pertransit  
fluctuantem aquam.

**I**n fine obliuioſitatem, quia cū pertransie-  
rit non est inuenire vestigium.

**C**irca primū notandū est quod quia quedam  
regiones sunt que habent penuriā de quibus  
busdam rebus necessarijs et preciosis: que  
abundat in transmarinis partibus, **C**ontra  
huiusmodi paupertatē et indigentiam inueni-  
te sunt naues: in quibus huiusmodi res possunt  
per aquam. i. mare intermediū deferri.

**R**egio ergo abundans rebus necessarijs et  
preciosis est vita sanctorum. sed regio penuriosa  
et deficiens est vita peccatorum et imperfe-  
ctorum. **R**es autē preciose sunt virtutes et  
merita sanctorum: quibus virtutes per studiū scē-  
tę cōtemplationis et imitacionis trāsferre debemus  
ad nos in nauibus operū nostrorum. vt abūdet  
eis nostra regio. i. nostra vita defectuosa.

**U**bi figura habetur. ij. Paralip. ix. vbi legi-  
tur quod naues regis salomonis ibant in thar-  
sis: et deferrebant inde aurū et argentū: et ebur  
et symias et pauos. **N**auces regis christi sunt  
anime nostre. **T**harsis autē interpretatur  
exploratio gaudij: et significat cōtemplatio-  
nem gaudij quam habent sancti in celo pro  
merito suarū virtutum: quas virtutes cōte-  
plando et considerando deferunt. **D**eferunt  
etiā inde aurum id est exemplū charitatis.  
quod admodū enim aurū omne aliud metallum  
in virtute excedit: ita charitas omnē aliam  
virtutē. **E**t aurū terre illius id est charitas  
sanctorum qui sunt in celo optimū est. quia in  
in summo gradu amoris diligunt deum: et se-  
mū. et propter hoc sunt ipsi in summa pace.

**Q**uia charitas que est inter beatos non permittit  
aliquā discōrdiā: nec aliquā iram vel aliud  
mortale vitium. **E**t cum sit amor pure spi-  
ritualis excludit omnē amorē immūdi cō-  
cupiscentie carnalis luxurie vel gula. vnde  
excludit omnē causam discōrdie. **H**oc aurū  
apostolo paulo ita charum fuit quod potius vo-  
luisseſt omne malū sustinere quam ipsum perdere.  
**E**t ideo dicebat **R**oman. viij. **Q**uis nos se-  
parabit a charitate christi: **T**ribulatio an-  
gustia etc. **E**t merito. quia quicumque non  
habet de isto auro est pauper et miser: et qui-  
cumque habet est diues. quod de omnibus lucrat. di-  
ligentibus enim deū omnia cooperant in bonū. **P**ro-  
pter quod **A**poc. ij. dixit xps aie fidelis. **S**ua-  
deo tibi emere a me. dādo scilicet quicquid ha-

bes. et exteriora pro charitate proximi: et interi-  
ora pro charitate dei: me inquit in quo habes  
perfecte et consummate charitatis exemplū:  
aurum ignitū. i. charitate feruentē. vt locus  
plures fias. i. plenus omnibus virtutibus et bonis  
spiritualibus: quod charitas patiens est: benigna  
est etc. i. **C**or. xij. **S**ecundo deferunt inde ar-  
gentū. i. exemplū patientie. **Q**uē admodum  
enim argentū inter omnia alia metalla. i. inter  
omnes virtutes hoc habet quod percussus dulci  
sonat. **S**ic homo patiens afflicti et percussus dul-  
citer sonat tantū laudes deo: et dulcia verba  
primo. quod verbum dulce multiplicat amicos  
et mitigat inimicos. **I**te ad modum argenti  
quod asperius tractat tanto magis resplendet. i. splendet virtutis. quod virtus in infir-  
mitate proficitur. **U**nde istud est argentū igne  
tribulationis examinatum. vt dicit ps. **A**rgen-  
tum igne examinatum. **T**ertio deferunt inde  
ebur. i. exemplū castitatis. **N**am elephas de  
cuius ossibus est ebur dicitur quasi concupis-  
centiā non habere. **E**t pānus quos post dēti  
elephantis dicitur non cōburi si ab igne tan-  
garur. **E**t ita continentie virtus conseruat ani-  
mā ab ardore libidinis: que accendit in car-  
ne. **E**t nota quod per continentie mundiciā effici-  
tur aīa throni dei. **I**n cuius figura **S**alomo  
vt habet. iij. **R**eg. x. fecit thronus de ebore  
grandē. **Q**uarto deferunt symias: que imi-  
tantur non solum figurā: sed etiā opera homi-  
gesticlando ea. **U**nde significat imitationē  
operū christi vel sanctorum qui secuti sunt eū. si-  
cut paulus qui dicebat. i. **C**or. xi. **I**mitato-  
res mei estote: sicut et ego christi. **Q**uinto dese-  
runt inde pauos. i. exempla prudentie. **P**auo  
enim precipue femina prudenter occultat  
oua sua. vt non dissipent ei. **S**ic debet homo  
prudens occultare bona sua. ne a supbia vel  
vana gloria dissipent. **I**te christus est pauo qui  
habet terribile vocē in cōminacionibus peccatorum  
dicens **M**att. xxij. **E**t vobis scribe et pharisei  
hypoците qui clauditis regnū celorum etc.  
**I**tem et vobis diuitibus qui habetis cōsolationē  
vestrā. **L**uce. vi. **E**t tribulacionē habebit  
in iudicio quādo dicit. **M**att. xxv. **D**i-  
scidite a me maledicti etc. **U**bi pauonis pē-  
na est pulcherrima precipue in cauda. i. ei-  
us querelatio virtuosa. quā seque imitari debemus  
**U**nde **E**zech. x. **O**mnis corpus eorum. i. omnia  
vita sanctorum ad modum caudę pauonis. i. ad  
modum exempli cōuersationis christi. quod nobis  
post se imitandum reliquit. **S**i ergo debemus  
nauigare in celū: debemus nauem bonis mer-  
cibus onerare id est de quolibet sanctorum ce-

-fu aliquid accipere, vt ab apostolis exēplis  
 patientia martyrib' exēplū fortitudinis:  
 a doctōrib' exēplū prudentie: et a xpo et su-  
 is imitatorib' exēplū cōuersatōis gratio  
 se. **S**ecundo in itinere nauis possum' con-  
 siderare cōtranetate quā patitur hūana vi-  
 ta in decursu presentis vite, quia pertransit  
 fluctuante aquā. **T**anq' aqua fluctuans est  
 hū' mūdi decursus, per quā oportet trāsire  
 nauē nostrā, i. vitam vel aiām nostrā. **A**ssi-  
 milatur autē mūdus aque fluctuanti. **P**rio  
 quia in tali aqua fluctus mutuo se collidūt.  
**E**t sic in isto mundo supbi homines et poten-  
 tes mutuo se inuadūt et ledūt. **E**t hec est di-  
 uina sententia vt mutuo se eiciant et expel-  
 lant. **E**ccli. xxx. **D**omouit illos quasi fluct'  
 maris. **A**iros potentes q' yrans migrare se  
 cit' et vagati sunt in gentib' alienis. **S**icut  
 multoties accidit in plebisq' locis propter  
 partialitates etc. **S**ecundo in tali aqua flu-  
 ctus nunc sursum nunc deorsum, mutuo se  
 impellunt. **Q**uia in mundo aliquādo hoies  
 exaltant. **S**m illud ps. cxi. **E**xaltati sunt flu-  
 ctus eius. **A**lii vero deiciunt. **P**salmō eodē.  
**A**scendunt vsq' ad celos et descēdunt vsq'  
 ad abyssos. **E**t aliquādo confringunt. **J**ob  
 xxxviii. **I**bi confringens tumentes fluct' tu-  
 os. **Q**uasi enī mare fluctus suos confringit  
 cum mundus ipse leuicis prentes et super-  
 bos opprimit. **T**ertio aqua maris fluctuās  
 spuma et ventū gignit. **E**t similiter mūdus  
 gignit spūmā iniquitatis et vēnū vanitatis  
**U**nde dicitur in epistola iude. **N**i sunt flu-  
 ctus feri maris: despumātes suas confusio-  
 nes. **E**t **J**acobi. i. **S**imilis est fluctui maris  
 qui a vento scz vanitatis: mouetur et arcū-  
 fertur. **Q**uarto q' talis aqua fluctus nauces in  
 periculo ponit. **N**am enī vite nostre vel aie  
 nō sine magno piculo transit p' fluct' rētatō-  
 nis et tribulatiōnū. **J**ob. xxx. **P**edes meos  
 subuertentur et oppellerūt. **S**. demones vel  
 hoies psecutores: vel casus infortunati: q'si  
 fluctib' rētatōnū. s. vel psecutiōnū vel infor-  
 tunior' nemitis suis. i. subtilib' v'io. **D**issipa-  
 uerunt ignera mea etc. **S**z nota q' nauis in-  
 tales fluct' periclitati succurrendū ē. **P**rio  
 per oneris pctōz depositiōnē: qd fit in ve-  
 ra contritiōne. **A**p'ls **H**eb. xii. **D**epōnētes  
 omne pondus: et circūstans nos peccatum:  
 per patientiā curram'. **S**ed multa miseri pos-  
 tuis volum' submergi q' deponere onus aut  
 pondus peccati. **S**ed cōtra h' dicit **J**one. i.  
**A**bsuerunt vasa que erant in nauī in mare

vt alleuiaret ab eis. **D**ec sunt vasa iniquita-  
 tis que projicere oportet. **S**ecundo succur-  
 rendum est per aque protectionē. quia aliq'  
 quādo fluct' projicit aquā in nauim: quā  
 enacuare et eicere oportet. **E**t hec ē pctōz cō-  
 fessio. **T**h. enoz. ij. **E**ffunde sicut aquā cor  
 tuū. ita q' nō remaneāt in vase cordis neqz  
 color: sicut fit quando effunditur lac. **C**olor  
 peccati est similitudo pcti. et hoc est cogitā-  
 tio pcti. **I**te neqz odor. sicut quādo effundī-  
 tur vinū. et hic odor ē memoria pcti. **N**eqz  
 sapor de substantiā id est de actu pcti. sicut  
 remanet de oleo. **P**s. **E**ffundite coram illo  
 corda vestra. sequit' effectus bon'. **D**eus ad-  
 uito: noster in eternū. **T**ertio succurrendus  
 est per anchorę fixationē. per firmā scz spem  
 de diuino auxilio vel de celesti premio. **V**es-  
 bre. vi. **F**irmissimū solatiū habem' qui cor  
 fugimus ad tenendā ppositam spem. quā  
 sicut anchoram habem' aie turā ac firmā.  
**H**ec enī spes ē que facit deū per orationem  
 excitari dicendo. quare obdormis dñe? **E**t  
 hoīem periclitantē a mundi fluctib' libera-  
 ri. sicut dicit **M**att. viij. q' mor' magnus  
 fact' est in nauia: vt nauicula operiretur  
 fluctib'. ipse vero scz xps dormiebat. **E**t cū  
 accessissent ad eū discipuli suscitauerunt eū  
 dicentes. **H**ic salua nos perim'. **E**t sic sur-  
 gens imperauit ventis et mari. et facta ē trā-  
 q' liras mag'. **T**ertio i fine navigatio-  
 nis nota obliuiscibilitatē. q. s. qz pterierit  
 nauis vite nostre: nō ē inuenire vestigiū. i.  
 mēoria. **N**ā postq' hō mortu' ē: cito obliu-  
 onī tradit'. **P**s. xxx. **O**bluioni dat' sū tanq'  
 mortu' a corde. **E**ccl. i. **N**ō est pctōz mēoria  
 scz p hystorias et scripturas q' narrāt gesta  
 eoz. **S**z dicēdū q' p dicit ille auctes loquū-  
 sū q' cōter illo accidit. qz. s. mortui cōter  
 cito obliuioī tradunt'. **E**t hoc accidit ob ho-  
 minū infidelitatē: et dilectiōis fictionē. et p-  
 pter vehemētē cupiditatē ad ea q' pntia sūt.  
 qz obvehemētā cupiditatē pntiū: obliuiscūt  
 absentū. **S**ap. v. **T**anq' mēoria hospitiū vni'  
 diei pterentiū. **I**te accidit ppter opriū illoz q'  
 mortui sūt vanitate et vite breuitatē. **S**ap. ij  
**N**omē nostrū obliuionē accipiet p rps. et ne-  
 mo mēoria hēbit operū nroz. **P**s. ix. **P**erire  
 mēoria eoz cū somitu. et sic q' cōter accidit.  
**U**n illi mortui te qd' h' mēoria p scripturas  
 paucissimi sūt et q'si nulli respectu eoz de grū  
 opib' nō ē mēoria. **E**t dicēdū ē q' nō ē in-  
 uenire vestigiū. id est memoria vel nomen  
 de eis quoz vita pterijt scz q' eis p'ofite  
 d iij

## ¶ Sermonū funebrū

vel obste. Nam q̄d̄iū uiuebant in mundo: memoria vel nomē bonū poterat eis p̄desse: vel malū obesse. vt dicit p̄bs. i. ethicoꝝ. nunc autē ecōuerso. Nam quicquid dicatur de ip̄s̄ siue bonū siue malū: eoz̄ stat̄ vel cōditio p̄pterea in nullo mutat. q̄z nō redundur ad eos. put sunt in seip̄s̄: sed solus put uiuunt in memorijs hoim. Unde siue in bonum siue in malū eoz̄ habeatur memoria: p̄pterea cōditio eoz̄ circa felicitatē nō mutatur: vt scilz p̄pterea felices sint vel infelices. vel ecōuerso. Vel possem⁹ intelligere q̄ vestigiū vite hois sit occupatio vite sue. Et istud vestigiū inuenit̄ et apparet dum hō uiuit. q̄z apparet in quo hō occupat vitam suam: siue in faciendo egregie aliqua arte: siue in docendo excellentē aliqua scientiā: siue in acquirendo lucra copiosa: et cetera talia. Sed postq̄ p̄terierit nauis. i. homo vel vita eius: nihil ampli⁹ apparet. q̄z ois eius operatio cessat circa talia. Unde ampli⁹ nō inuenit̄ in cathedra docens: vel in apotheca operans: vel mercationes vendens aut emens. Ita vt ei morienti veraciter dici possit illud p̄phete. Vestigia tua non cognoscet sc̄z post mortē. Vel posset intelligi de vestigio dei: qd̄ est creatura corporalis vel tēporalis: in qua vestigiū dei. i. quedā imp̄fecta eius representatio inuenit̄. S̄z in creaturis sp̄ialib⁹ et intellectualib⁹ vbi ē representatio dei p̄fectio: dicit̄ esse similitudo vel imago diuina. Dū ergo hō manet in vita corporali: vestigiū dei. i. creatura corporalis et tēporalis inuenit̄ apud eū: inq̄ntū ip̄e h̄z et possidet de bonis tēporalib⁹. S̄z postq̄ p̄terit nauis. i. vita hois: nihil taliū apud se inueniet. Vñ est hō s̄lis dormienti q̄ somniat se inuenire diuitias. Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil sc̄cū afferet: aperiet oculos suos et nihil inueniet. s. post mortē. Et ps̄. lxxv. Dormierūt somnū suū et nihil inuenierūt oēs v̄ri diuitiarū in manib⁹ suis. S̄z sim sententiā beati Gregorij. Si diues res suas dum uiuebat dedisset misericorditer pauperibus: etiam postq̄ per mortē p̄terierit eoz̄um vestigia sc̄z eterna premia inuenisset in celo. Sim illud ad thes̄. xij. Da pauperib⁹ et thesaurum habebis in celo. Ad quem thesaurum nos perducit piissimus iesus christus qui diues est in misericordia. Amen.

¶ Explicit distinctio prima: que egit de cōtemptu presentia vite.

¶ Incipit secūda distinctio: in qua agitur de morte siue de morientibus: et de mortis conditionib⁹: cuius sunt sermōnes nouem.

¶ De mortis necessitate ¶ Sermo I

**S**aturū est hominib⁹ semel mori et post hoc iudicij. Ap̄l̄i paul̄ doctoris gentiū ad 1<sup>o</sup> bre. ix. sunt verba. Videmus in ciuitatib⁹ q̄ diuerse ciuitates habent diuerse statuta: que leges municipales dicuntur. Deus autē tres p̄ncipales ciuitates dicit̄ habere in vniuerso. Una ē in sup̄moꝝ que ciuitas celestis nuncupat̄. que sub noie hierl̄m in scriptura significat̄. de qua Gal. iij. Illa autē que sursum ē hierl̄m. Alia vero est in infimo. s. infernalis: que noie babilonis designat̄. Unde Apoca. xvij. Ne ue ye ciuitas illa magna babilon. Tertia est media sc̄z terrestria: que ē viatorū et peregrinātiū. ad 1<sup>o</sup> bre. xij. Nō habent̄ hic manētē ciuitatē: s̄ futuram inquirim⁹. In ista ergo suis ciuitatib⁹ tē diuerse statuta posuit. Nam in ciuitate celesti: posuit statutū vite. vt sc̄z ciues eius semp viuāt: et nūq̄ moriantur. ita sc̄z q̄z vita eoz̄ sit gaudioſa et perpetua. Et rō est. q̄z videm⁹ naturalit̄ q̄ illud qd̄ esset cōiunctū solū: nūq̄ haberet defectū luminis. Et illud qd̄ esset cōiunctū igni nūq̄ haberet defectū caloris. Et illud qd̄ semper esset cōiunctū vene vel fonti nūq̄ haberet defectū humoris. Similit̄ etiā in sanctis et bonis q̄ sunt in ciuitate celesti. q̄ em̄ semp cōiuncti sūt deo: q̄ est fons et p̄ncipiū vite et gaudij: et nūq̄ possunt separari ab ip̄o: non pōt in eis vite et gaudij vñq̄ eē defect⁹. vñ ps̄. xxxv. Corréte volup̄tā tue potabis eos qm̄ apud te ē fons vite. Et q̄z talis fons ē filii dei. s. x̄ps̄. ido ip̄e dixit de aiab⁹ b̄tis. Ego vitā eternā do eis. Job. x. Est ergo illa ciuitas eterna et gaudioſa. q̄ ē solū iustoz̄ et amicorū et familiarū. s. angeloz̄ et hoīz̄. S̄z in ciuitate infernali: q̄ est ciuitas rebellū. i. deſmonū: et p̄dicoꝝ. i. maloz̄ xp̄ianoz̄ nō seruariū fide baptisimū: et publicoz̄ hostiū. s. infidelū et paganoz̄: ē aliud statutū a deo. s. vt semp viuāt et semp moriant̄. Semp em̄ viuunt vita nature: et semp moriunt̄ morte gehēne. Vñ ps̄. xlvij. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. q. d. sicut oues pascunt herba: et herba pasta iterū reuiuiscit vt iterū pascat: sic pena damnatoꝝ